



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

Quæ sit potior, siue dignior? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

viz secundum se considerata, sed ex defectu nostri, qui ex corporis gravitate retrahimur ab altitudine contemplationis. Unde ibidem subdit Gregor. * quod ipsa sua infirmitate ab immensitate tantæ celsitudinis animus repulsus, in semetipso relabitur.

* Hom. 5. in Exe. h.

QVÆST. CLXXXIII.

De comparatione vitæ actiue ad contemplatiuam, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de comparatione vitæ actiue ad contemplatiuam.

Et circa hoc quaeruntur quatuor.

Primo, quæ sit potior vel dignior.

Secundo, quæ sit maioris meriti.

Tercio, utrum vita contemplatiua impediatur per actiuam?

Quarto, de ordine vtriusque.

ARTIC. I.

860

Utrum vita actiua sit potior quam contemplatiua? Infra q. 188. a. 5.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod vita actiua sit potior quam contemplatiua. Quod enim est meliorum, videtur esse honorabilius & melius: ut Philothus dicit in 3. Topicor. * Sed vita actiua pertinet ad maiores, scilicet ad prelatos, qui sunt in honore & potestate constituti. Unde Augustin. dicit 19. de Ciuitate Dei, quod in actione non amandus est honor in hac vita, siue potentia. Ergo videtur quod vita actiua sit potior quam contemplatiua.

Infra q. 188. a. 5. q. 1. 2. q. 57. ar. 1. cor. 3. d. 25. q. 1. a. 4. et 3. con. c. 63. fin. c. 6. 133. co. 1. fi. c. ve. q. 11. ar. 4. c. opu. 17. cap. 7. ad 3. * li. 3. c. 1. a me. 10. 1. † li. 19. c. 19. c. 117. c. a med. 10. 5

2. Præterea, In omnibus habitibus & actibus precipere pertinet ad potiorē: sicut militaris, ut quæ potior, precipit francorum facit. Sed ad vitam actiuam pertinet disponere & precipere de contemplatiua: ut patet per illud quod dicitur Moyse Exod. 19. Descende, & conuersare populum, ne forte velit transgredere propositos terminos ad videndum Deū. Ergo vita actiua est potior quam contemplatiua.

3. Præterea, Nullus debet abstrahi a maiori, ut applicetur minoribus. Apostolus enim dicit 1. ad Cor. 10. 5



rinth 11. Accumulami charismata meliora. Sed aliqui abstrahuntur a statu vitæ contemplatiuæ, & occupantur circa vitam actiuam: vt patet de illis qui transferuntur ad statum prelationis. Ergo videtur, quod vita actiua sit potior, quam contemplatiua.

SED contra est, quod Dominus dicit Luc. 10. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Per Mariam autem significatur vita contemplatiua. Ergo contemplatiua vita potior est, quam actiua.

RESPONDEO dicendum, quod nihil prohibet aliquid secundum se esse excellentius, quod tamen secundum quid ab alio superatur. Dicendum est ergo quod vita contemplatiua simpliciter melior est, quam actiua. Quod Philosoph. in 10. Ethic. * probat octo rationibus. Quarum prima est: quia vita contemplatiua conuenit homini secundum intellectum; & respectu priorum obiectorum, scilicet intelligibilium: vita autem actiua occupatur circa exteriora. Vnde Rachel per quam significatur vita contemplatiua, interpretatur visum principium: vita autem actiua significatur per Liam, quæ erat lippis oculis, vt Gregor. dicit 6 Moral. * Secunda, quia vita contemplatiua test esse magis continua, licet non quantum ad habitum contemplationis gradum, sicut supra dictum est. Vnde & Maria, per quam significatur vita contemplatiua, describitur secus pedes Domini assidue habitans. Tertia, quia maior est delectatio vitæ contemplatiuæ, quam actiuæ, vnde August. dicit in lib. 10. verb. Domini *, quod Maria turbabatur. Maria enim magis sibi sufficiens: quia paucioribus ad eam insistebat. Vnde dicitur Lucæ 10. Martha Martha, sollicita es & turbaris erga plurima. Quinta, quia vita contemplatiua magis propter se diligitur: vita autem actiua aliud ordinatur. Vnde in Psal. 26. dicitur, Vnum petiij a Domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam vultum

li. 10. c. 7.
es 8. 10. 5.

li 6. c. 28
cir. med.
et ho. 14
sup Exe.
19. 180.
art. 3. ad
2. et 9.
praed.
* in serm.
26. ante
med. 10.
10.

atem
sit in
Psal. 45
ptima
vita au
dicit i
verbun
tum
vita co
propri
in ope
etiam i
munes.
nes, &
homin
Nonan
Optim
ta. Q
nde m
tem a
dulced
est ma
presen
quod p
melius
Ad
solium
cellen
Pastor
ctis in
Ad
tina in
Greg.
quand
cogita
solaz
est, ciu

atem Domini. Sexta, quia vita contemplatiua consistit in quadam vacatione, & quiete: secundum illud Psal. 45. Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus. Septima, quia vita contemplatiua est secundum diuina: vita autem actiua secundum humana. Vnde August. dicit in lib. * de verbis Domini, In principio erat verbum: ecce quod Maria audiebat. Verbum caro factum est: ecce Martha cui ministrabat. Octaua, quia vita contemplatiua est secundum id quod est magis proprium hominum, scilicet secundum intellectum: in operationibus autem vitæ actiua communicant etiam inferiores vires, quæ sunt nobis, & brutis communes. Vnde in Psal. 35. postquam dictum est, Homines, & iumenta saluabis Domine, subditur id quod est hominibus speciale, In lumine tuo videbimus lumen. Nonam rationem addit Dominus Luc. 10. cum dicit, Optimam partem elegit Maria, quæ non auferetur ab ea. Quod exponens August. in lib. de verbis Domini, * dicit, Non tu malam, sed ista meliorem: audi, unde meliorem? Quia non auferetur ab ea. A te autem auferetur aliquando onus necessitatis: æterna est dulcedo veritatis. Secundum quid tamen, & in casu est magis eligenda vita actiua, propter necessitatem præsentis vitæ: sicut etiam Philos. dicit in 3. Topic. † quod philosophari est melius, quàm ditari: sed ditari melius est necessitatem patienti.

Ad primum ergo dicendum, quod ad prælatos non solum pertinet vita actiua, sed etiam debent esse excellentes in vita contemplatiua. Vnde Greg. dicit in Pastoralis *, Sit rector actione præcipuus, præcunctis in contemplatione suspensus.

Ad secundum dicendum, quod vita contemplatiua in quadam animi libertate consistit. Dicit enim Greg. super Ezechiel. * quod vita contemplatiua ad quamdam libertatem mentis transit, temporalia non cogitans, sed æterna. & Boetius dicit in 5. de Consolat. † Humanas animas liberiores esse necesse est, cum se in mentis diuinæ speculatione conferunt: minus

*in ser. 27
cir. med.
to. 10.*

Ibid.

*c. 2. est lo
cus 42.
to. 1.*

*in par. 2
c. 1.*

*Ho. 3. 2
me. illius*

*prosa 2.
cir. med.*

minus verò cum dilabuntur ad corpora. Vnde patet, quòd vita actiua non directè præcipit vitæ contemplatiuæ: sed disponendo ad vitam contemplatiuam, præcipit quædam opera vitæ actiuæ: in quo magis seruit vitæ contemplatiuæ, quàm dominetur. Et hoc est quòd Gregor. dicit super Ezech. * quòd actiua vitæ seruitus, contemplatiua autem libertas vocatur.

Hom. 2.
post med.

Ad tertium dicendum, quòd ad opera vitæ actiuæ interdum aliquis à contemplatione auocatur propter aliquam necessitatem præsentis vitæ: non tamen hoc modo, quòd cogatur aliquis totaliter contemplationem deserere. Vnde August. dicit 9. * de ciuit. Dei. Otium sanctum quærit charitas veritatis: negotium iustum, scilicet vitæ actiuæ, suscipit necessitas charitatis. Quam sarcinam si nullus imponit, percipiendæ atque intuendæ vacandum est veritati. Si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem. Sed nec sic omnino veritatis delectatio deserenda est, ne subtrahatur illa suauitas, & opprimat illa necessitas. Et sic patet quòd cum aliquis à contemplatiua vita ad actiuam vocatur, non hoc fit per modum subtractionis, sed per modum additionis.

e. 19. cir.
fin. 1.5.

ARTIC. II.

Vtrum vita actiua sit maioris meriti, quam contemplatiua?

861

3. di 35.
q. 1. ar. 4
q. 2.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd vita actiua sit maioris meriti, quàm contemplatiua. Meritum enim dicitur respectu mercedis. Merces autem debetur labori: secundum illud 1. ad Corinthios 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Sed vitæ actiuæ attribuitur labor, contemplatiuæ verò quies. Dicit enim Gregorius super Ezech. * Omnis qui ad Deum conuertitur, prius necesse est vt desudet in labore, id est, laboribus accipiat: vt post, ad videndum principium in Rachel amplexibus requiescat. Ergo vita actiua est maioris meriti, quàm contemplatiua.

Hom. 14.
a med.

¶ 2. Preterea, Vita contemplatiua est quædam